

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemnys
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johannis Amlingi Nicolai May.

9-20
§ XI.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΕΙΣ

Illustrissimo Principi ac Domino

DN. RODOLPHO,

PR. ANHALT. COM. ASCAN.

Domino Servestæ ac Bernburgl. &c.

Cum

Generosissimâ Comitissâ ac Dominâ

DN. MAGDALENA,

COMITISSA IN OLDENBURG ET DELMEN-
horst. &c.

Celsissimi & generosissimi

Dn. JOHANNIS,

Comitis in Oldenburg & Delmenhorst,

Domini in Jhevern & Kniphausen. &c.

pientissimæ recordationis,

FILIA,

Oldenburgi nuptias secundas celebranti A. D. III. Cal. VIIbris.

Sponsamq; illustrissimam domum secum adducenti

A. D. XVI. Calend. IXbris. Anno CIO IO CXII.

In animi grati debitamq; studii subjectis-

simi declarationem

scripta à

Collegis Scholæ Servestanæ.

SERVESTÆ,

Typis Zachariæ Dörfferi.

PAULUS APOSTOLUS

AD ROMANOS

Capitulum I

Paulus apostolus servus servorum dei

ad Romanos apostolicam gratiam

et misericordiam in Christo Jesu

filio dei et dei genito et deo

consubstantiali et deo vero et





ΕΤΦΗΜΙΑ,
ET FAUSTA PRECATIO.

Nrursus fulget supremi munere Patris,
Hac Servestanâ lætus in urbe dies:
Quem dat Anhaltinâ generatus stirpe
RUDOLPHUS,

Ascaniæq; decus, gloria, honorq; domus.
Dum sibi præstantem cepit, propriamq; dicavit
E multis nympham, sic statuente DEO.
Quæ nunc ex patriis ab eo deducitur oris
Legitimo socii foedere juncta tori.
Nec dubium, doctis quin exceptura Camœnis
Introitus pompam sit studiosa cohors:
Optima deducens Phœbeo carmina plectro
De Sponsi & Sponsæ laudibus atq; statu.
Ast ego, qui cunctam ludorum in pulvere vitam
Consumsi, & senij jam gravitate premor,
Quod vitæ ratio grandis, quod suggerit ætas,
Conabor mente ac ore referre pio.

In turbis sacram remanens devotus ad ædem,
Davidicum Graja voce sonabo melos,
Sicut id Aufonio Berfmannus carmine quondam
Expressit; cuius verba metrumq; sequar.
Deinde meæ ut fiat manifestus finis opellæ,
Divinis addam talia vota sonis:

E Veniant nostro summa cum laude RUDOL-
PHO,

In templi, ac urbis, gymnasijq; bonum,
Omnia quæ Psaltes hoc in modulamine, plenâ
Promittit menti præmia voce piæ.

*M. Johannes Ursinus,
Primæ classis Præceptor.*

PSAL

PSALM. CXXIIIX

PARAPHRASIS LATINA,
AUTORE M. GREGORIO
BERSMANNO.

I.

*O ter beatum, qui timet
Toto Jehovaham pectore,
Neque ipsius de semita
Errore flectit devio.*

2. *Te dextera pascet tua
Labor, favore numinis:
Rerumq³ quas geris, tibi
Secunda vortent omnia.*

3. *Te, vitis instar, prodigo
Conjux beabit germine,
Domum ambiente & fercula,
Quales olivam termites.*

4. *Hec nempe vitæ commoda
Manent timentem numinis;*


D 3

Hec

*Hec inter ipse gaudia,
Ævum beatus transiget.
5. Largitor ille munerum,
Largo benignus flumine,
In te Sionis è jugo
Imbrem bonorum depluet.
6. Ut pacis almæ commodis
Urbem fruentem, Et sospite
Domum Jfraële innoxiam,
In terna cernas secula.*

V E R S I O
G R Æ C A.

I.

 τρις μάκαρες, ὃς Κοίρανον
Ὀλη φοβεῖται καρδία,
Μή' αὐτὸ ἐκτρέψῃαι ὁδόν,
Ἀπὸ εἰς ἀτραπὸν πλάνης.

2. Σε ποιμανεῖ τῆς δεξιᾶς
Ἔργον σε, Ὀλογία θεῶν,
Πάντων τέ σοι πεπραγμένων
Τέλει ἔοσε γαυανόλειον.

Σε

3. Σε ἀμπέλῃ δικλιῷ δάμαρ
Νηρίθμω ὀλίσι Φυτῶ,
Κλίνην ὀ ἀμφιτεθήσειαι
Καθὼς ἐλαϊαν κλωνία.

4. Τοιαῦτα γὰρ τὸν Ὀσεβῆ
Μένῃ βίοιο πρὸς Φορῶ,
Ἐν τοῖσδε ἔτ' ὀ χάσμασι
Βίοτον διάξῃ Ὀτυχίς.

5. Ὁ γὰρ δοτῆρ δωρημάτων
Ἀδρῶν Δεργὸς νάματι,
Σίων ὀ εἰς σ' ἀπὸ δευράδ' ὀ,
Ὀμβρον καταβρέξῃ καλῶν.

6. Πόλιν ὀ Φε' ἐπαυρῶσιν πολὺ
Ἐιρηνικῆς Ὀπραξίας,
Ὀικόν τε σ' ὀ ἀσινέα,
Ἐσ' ἀτέρμονας βλέπῃς χρένας.

Ἐπιφώνημα Ὀκτικόν.

Ταῦτα μὲν ἔν' ἡμῶν συμβῆν' ἀρχοντὶ ΡΟΔΟΛΦΩ
Παγκρατέ' ὀ δῶρ' ὀλβία πάντα θεῶ,
Ἐσπινεῶν καὶ γυμνασίῃ, π' ὀλεῶσ' ὀ ἀλεωρῶν
Τῆσδ' αἰτεῖ μετ' ἐμῶν κηρῶν ἐσθλὸς ὀ πᾶς.

Ἰωαν. Λεγλί' ὀ:



ALIUD.



ALIUD.

Sic tandem Imperium firmo fulcimine nixum
Floret, & in multum permanet usq; diem.
Sic bene res cedit, sic ritè exempla parantur,
Cum Princeps, alios quod jubet, ipse facit.
Fecisti, Ascanio prælustri sanguine Princeps
RODOLPHE, ô patrii Duxq; Paterq; soli!
Fecisti, quæcunq; tuas mandata per urbes
Civibus & populis ferre tenenda jubes.
Namq; (recordor enim) cum præcipiente Jehovah
Susciperes populi sceptrum regenda tui,
Ponis jura viris, ausit ne vivere, neve
Quidvis pro lubitu quisq; patrare suo.
Cumque Ducum in Populos manent exempla,
præire
Niteris exemplo Civibus ipse tuo.
Singula ne tangam, quæ tum pulcro ordine, pulcrâ
Lege, DEI verbo consona, jussa dabas,
Con-

ALIUD.

Conjugii quoq; jura sacri sacrata volebas,
Ceu decet, ex certâ lege fideq; coli.
Propterea edicto placuit prohibere severo,
(Sic fieri Leges cum Pietate jubent)
Ne, nisi post jussum tempus quis conjugis ausit
A primæ Uiduis funere inire torum.
Atq; hanc connubio confirmas, Optime Princeps,
Quam dederas Legem, Legifer ipse, tuo.
Scilicet exemplar pangens memorabile (Civis
Quod memori meritò mente sequare) tuis.
Annua jam ternis vicibus peragraverat astra
Ille soli splendor Phœbus & ille poli:
DOROTHEA HEDVVIGIS Guelpho duce
nata Parente
Ex quo desierat vivere & esse super.
Ex quo Te viduo, Princeps RODOLPHE, cubili
Fecerat, & vacuo nocte cubare toro.
Ex quo Te fidâ spoliârat Conjuge, carâ
Ex quo Filiolas Matre parente suas.
Filiolæ caræ Matris, Tu Conjugis usu
Privaris, magno Patria mœsta Bono.

B

Omnia

Omnia lugebant fidâ spoliata Patronâ,
Poscebant Dominam tristia cuncta suam.
Gnaviter alma suam Pietas quærebat Alumnâ,
Quærebat Matrem Patria mœsta suam.
Heu quoties Divam vocitare famelicus ore
Qui mendicato pascitur ordo cibo.
Nec, qui non gereret tanti manifesta doloris
Signa, vel è cunctis angulus ullus erat.
Non secus ac quando ex alto ruit Oceano nox
Involuens tenebris cuncta subinde suis.
Altè cuncta silent, variis exercita curis
Expers curarum corpora somnus habet.
Talis erat facies Serevestæ tempore ab illo,
Quo tegit heu tantæ Principis ossa solum.

Nunc verò præter solitum nova gaudia surgunt,
Nunc claro exoritur lætior aura polo:
Nunc Phœbea suo procedit lumine lampas
Pulcrior, it pulsâ candida nube dies.

Cuncta

Cuncta nitent, nunc cuncta vigent, nunc omnia
rident

Adventu Sponsæ, Dive RODOLPHE, tuæ.
Scilicet ad nostras nova jam Nupta advenitoras
OLDENBURGIACA MAGDALIS orta domo.
MAGDALIS illustri sata sanguine, Præside Divo
OLDENBURGIACÆ nata Parente Domûs.
Cujus res gestas, cuius Mavortia dignè,
Ceu decet, eximio carmine facta canent,
Sacrum Heliconiadû queis spirant pectora nectar;
Queis bibere Aonio largius amne datum est.
Divæ veni, utq; tuum plausu fremituq; secundo
Adventum excipiat plurima turba, vide.
Illa tibi in mediis sese fert obvía campis
Prospera connubio quæq; precata tuo.
Obvius offertur variis *Exercitus* armis
Instructus, quodvis promptus in obsequium.
Hic cum *Legatis Equitum Peditumq;* *Magister*,
Quem reliqui observent, conspiciendus adest.
Excipit hos, rapidas ignito pulvere *glandes*
Quos Usus docuit fundere, longa manus.

B 2

Hinc

Hinc cum *Duplari Cataphractorum* ordine longo
Procedit nulli non metuenda *cohors*,
Scilicet & *ferro pectus munita* manusq;:
Commendat dextris *lancea gesta* viros.
Hic rarum videas *veterano* milite mixtum
Tyronem, hinc ornat quisq; locum ipse suum.
Miscentur *Martem docti* ere *civere* canoro,
Taureaq; impigrâ *terga ferire manu*.
In medio cernas tardo procedere gressu
Signiferos claro Marte animoq; Viros.
Non aliter, quàm si vel aperto Marte quis hostes
Jam vellet medios fortis adire suos.
Ast cives nolito tuos nolito vereri,
Qui veniunt gressus excipiuntq; tuos.
Ecce tuo sese lateri quàm jungere nôrun t
In quodvis prompti, *Sponsa*, ministerium.
Non hic insidiæ tales, caret iste periclo
Impetus, hostili res caret ista metu.
Sessorem portat namq; in medio **RODOLPHUM**
ASCANIUM in gyros se dare suetus Equus.

Por-

Portat Equus Sessorem ostroq; insignis & auro
RODOLPHUM insignem Marte Togaque
Ducem,

Cujus nota Tibi Virtus pectusq; benignum,
Cujus, *Divæ*, fides jam bene nota tibi. (tervâ
Jamque ades, & magnâ Procerum comitante ca-
Ingredere fido Milite cincta latus.

Cum Fratre ingrederis, cum Divis, Sponsa, Marito
Fratribus ASCANIO te comitante Duce.

Ingredere, mediamq; subis celsissima portam
Servestæ, senis vecta decenter equis.

Curru vecta subis gemmis auroq; decoro,
Discolor exornat cui latus omne rota.

Ingredere, gentemq; tenes mentemq; tuorum,
Ardescunt vultus conspiciendo tuos.

Os oculosq; Deæ similes, mentemq; morantur,
Omnia præ sese non nisi magna ferunt.

Qualis, ubi roseos Aurora induxerit ortus,
Insomnes pernox mentem oculosq; rapit.

Jamq; urbem ingrederis *Servestam Divæ*, colonis
Quæ Sorabis quondam grata locusq; fuit.

B 3

Ingre-

Ingrederis magnâ virtutum luce corusca
Et præstans donis, *MAGDALIS* alma, tuis.
Aspice, Diva tuo Ingressu lætentur ut omnia,
Exhilarant ipsum gaudia tanta solum.
Lætitiâ ludisq; fremunt plausuq; plateæ,
Nec datur hîc lacrymis tristitiæ uie locus.
Scilicet expectat venientem quisq; & ovantes
Ingressum excipiunt cominus ecce tuum.
Parte unâ observant Te, queis commissa potestas
Gymnasii, & doctæ cura fidesq; *Scholæ*.
Primus agit *Domina* sese obuius ordine *Rector*,
Cui pia se jungit *Religio* comitem:
Hanc sacra insequitur stipans *Themis*, & *Dea mor-*
bos
Pœoniâ tradens arte leuare graves.
Excipit à latere hos justo *Schola* docta *Virorum*
Ordine, queis *Sophie* scita docenda sacræ.
Præcedit rerum alma parens *Natura*, recondens
Tum *Dea* per centum secula gesta *Virum*.
Uranie sequitur stellis ardentibus apta,
Morumq; & *vite* culta *Magistra* bonæ.

Hinc

Hinc cultum sermoni addens *Tritonia Pallas*,
Et vera à falsis ordine *Diva secans*.
Ac triplicis tandem facunda potentia *linguae*,
Claudere doctum agmen spreta *Poësis amat*.
Quæ niro studia absolvunt conamine, alacri
Tractantes operas mente, fideq; pari.
His astat *studiosa cohors*, queis mente fideli
Artes & Linguas discere cura fuit.
Quos verò facie squalentes pulverulentos
Veste *Viros* lacerâ cernis adesse *Decem*:
Scilicet est horum vigili commissa labori
Pubes & teneri publica cura gregis.

Hinc aliâ sanctum numerosâ laude *Senatum*
Et *Proceres urbis* cernere parte datur.
Consul & Exconsul, Prætor, totumq; tribunal,
Ædilis, gentis Patriciæq; decus:
Tum *Centenorum* vis suspicienda *Virorum*
Conspicitur populi linguaq; corq; sui.
Milleni tandem *Cives* ex lege sequuntur
Matrem excepturi Te patriæq; Deam.

Omnes

Omnes ornati pulcris in vestibus, omnes
Gestantes dextris spicula & arma suis.
Vertice stant nudo, nudoq; sub aëris axe,
Ingressum excipiunt, Optima Sponsa, tuum.
Quin & devotè flexo Te poplite adorant
Testantes gestu corda fidemq; suo.
Accurrunt *pueri nuptæ innuptæq; puella,*
Tradentes curæ seq; suosq; tuæ.
Summissè Matremque vocant Dominamq; salu-
tant,
Certant se studiis uincere mutuiter.
Agmine complentur vicusq; ædesq; frequenti,
Quin *via* clamoso murmure *lata* strepit:
Non aliter quàm si in pratis æstate serenâ
Plurima se circum lilia fundit apes.

Ingredere ergo tuam tandem felicibus Arcem
Fatis, quamq; subis, salva teneto diu.
Ingredere, & quod ritè facis, curamq; animumq;
Munificum in civem concipe promta tuum:
Qui

Qui nunc Te augustam R O D O L P H I ad *Principis*
aulam

Cantibus & plausu ducere lætus ovat.

Suscipe, quod facis, ô tantas age suscipe curas,
Namq; affers curis corda sat apta novis.

Ecquid enim Natura tibi aut Fortuna negavit,
Queis non ornavit te utraq; prompta bonis?

Cui Pietas non nota tua est, non fervidus iste
Sinceræ Fidei ac Relligionis amor?

Testatur studium, quo, non sine divite fructu,
Evoluis libros nocte dieq; sacros.

Testatur Vitæ ratio quoq; sobria, Virtus
Quam decorat precibus plurima juncta piis.

Et quid nota loquar? testis tua Patria laudum est,
Patria jam testis nostra futura brevi.

Salve fida tuis Princeps celsissima salve,
Sit gratum Ascaniis post habitare locis.

Nec memor esto tuæ Matris, memor esse Sororum
Desine, Germani ne memor esto tui.

Ex animo caros penitus depone propinquos,
Hactenus & quicquid dulce bonumq; fuit.

C Neu

Ne desiderio nimium tangare tuorum,
Sit nunc *Serveſta* vivere dulce tibi.
Nam dulcem Matris Patriæq; & Fratris amorem
Leniet adnascens Diva propago tibi.
Unum oculis ſpecta, unum animo complectere,
firmo
Quem tibi jam junxit foedere Jhova, *Ducem*,
Illum, qui pulcris defixus vultibus hæret
Unius, & totus pendet ab ore tuo.
Hunc Dominum venerare tuum, venerare Mari-
tum,
Nec cedet ſtudiis officiisq; tibi.
Sic demum Aſcanias largiſſima copia terras
Incolat, & Patriam proſperet alma ſalus.
Sic Bonitas ſic alma Fides ferat obvia grefſus,
Sic Aſtræa ſolum, Terra fidemq; colat.
Appluat & comes Aſtrææ bona copia cœlo,
Copia Anhaltino grata futura ſolo.
Fruge ſuâ tutus bos culta perambulet arva,
Nutriat & fauſto ſidere rura Ceres;
Ut lac ſufficiat pecori, pinguiſſima ſemper
Pabulaq; & gramen porrigat ipſa Pales.

Secu-

Securus volitet quoq; nauta per Albidos undas,
Laudetur simili prole pudica parens.
Nullis turbetur furtis stuprisq; cubile,
Mos & Lex arctè facta nefanda doment.
Culpari metuatq; fides bona, fallere quemvis
Nescia, pœna comes perpera facta prenat.
Sic quacunq; viâ vestigia vestra feretis,
Jus & fas gressus hac feret ante suos.
Sic tandem Ascarios per secula plurima rerum
Copia cunctarum larga beabit agros.

M. Petrus à Jhena
Servestâ-Anhaltinus
Schola Patriæ

Hypodidasalus.

Q Ho.



Q. Horatii Flacci

ODE V. LIB. IV. CARMINUM.

continens Votum,

Quo Augustum Cæsarem, diutius in provinciis
transmarinis morantem, tandem verò Romam redeun-
tem prosequitur paucis verbis mutatis ad Principem
nostrum Clementissimum RO-
DOLPHUM accom-
modata.

Divis orte bonis, Ascanie bone
Custos gentis, abes jam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus Patrum
Sancto concilio redi.

Lucem redde tue Dux bone Patrie,
Instar veris enim vultus ubi tuus
Affulsit, populo gratior it dies,
Et soles melius nitent.

Ut mater juvenem, quem Notus in vido
Flatu Carpathii trans maris æquora
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci detinet à domo,

Vo-

Votis ominibusq; & precibus vocat,
Curvo nec faciem littore dimovet:
Sic desideris ic̄ta fidelibus
 Querit Patria Principem.
Tutus bos etenim rura per ambulat:
Nutrit rura Ceres, almaq; Faustitas.
Tutò undas volitat nauta per Albidos,
 Culpari metuit fides.
Nullis polluitur casta domus stupris:
Mos & Lex maculosum edomuit nefas:
Laudantur simili prole puerperæ:
 Culpam pœna premit comes.
Ausus quis paveat subditus improbos?
Quis turba impia quos undiq; parturit
Motus, incolumi Principe? quis sibi
 Hostiles metuat minas?
Condit quisq; diem collibus in suis,
Et vitem viduas ducit ad arbores.
Hinc ad vina redit letus, & alteris
 Te mensis adhibet Deum.

C 3


Te

*Te multâ prece, te prosequitur mero
Diffuso pateris. Et laribus tuum
Miscet numen, uti Gracia Castoris
Et magni memor Hercules.
Longas ô utinam Dux bone ferias
Prestes Ascaniis, dicimus integro
Sicci manè die: dicimus uvidi
Cum Sol Oceano subest.*

Ejusdem.

F I N I S.





D. RUDOLPH

ERBEN

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287





f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90

24 VD 17
120-By
Jul. 01
M







9-20

XI.
NHΣEΙΣ
incipi ac Domino
OLPHO,
COM. ASCAN.
c Bernburgl. &c.
itissâ ac Dominâ
A L E N A,
NBURG ET DELMEN-
&c.
enerosissimi
A N N I S,
g & Delmenhorst,
niphafen. &c.
cordationis,
A,
ranti A. D. III. Cal. VIIbris.
num secum adducenti
Anno CIO IO CXII.
nâ, studii subjectif-
ionem
â
Servestanæ.
TÆ,
æ Dörfferi.

